

Target Structures for Cecilia: The balcony girl

Present

- **agere vult** - s/he wants to do
- **conātur** - s/he tries to
- **potest** - s/he can or is able to

Suggestions for medium and advanced story

- **dormit, surgit, cōnsidit** - s/he falls asleep, gets up, sits down

Past

- **agere volēbat** - s/he wanted to do
- **conātus/a est** - s/he tried to
- **potuit** - s/he could or was able to

Suggestions for medium and advanced story

- **dormīvit, surrexit, cōnsēdit** - s/he fell asleep, got up, sat down

PQA Activities

1. **agere vult** – What exercises do students do and like to do? What do students like to do in general?
2. **conātur / potest** – Bring jar/gloves from home and ask students to put on gloves and try and open it or super glue pickle jar. You could also use water bottles with super glued bottle caps. Use the jar activity to incorporate the verb poder. Can he open it? Nōn he can't but she can. Can you open the bottle?

Suggestions for medium and advanced story

3. **dormit, exsurgit, surgit, cōnsidit** - What time do students go to bed and wake up? This also might be good opportunity to use TPR strategies.

est puer. Alex est puer. est difficultās. Alex fortis nōn est. Alex est dēbilis. Alex laetus nōn est.

Alex laetus nōn est quia dēbilis est. dī immortālēs!
Alex vult esse fortis.

est puella. puella Cecilia est. puella pulcherrima est.
Alex Ceciliam videt. Alex vult admīrātiōnem movēre (*to impress*) in Ceciliā, sed Alex admīrātiōnem movēre in Ceciliā nōn potest. dī immortālēs!

Alex admīrātiōnem movēre in Ceciliā nōn potest, sed Cecilia Alexem vidēre nōn potest. optimē!

Lectiō Brevis B (144 vocābula)

est puer. Alex est puer. Alex īnsulam (*apartment*) habet in urbe, San Francisco. Alex in īnsulā suā est. est difficultās. Alex fortis nōn est. Alex est dēbilis. Alex vult esse fortis. Alex laetus nōn est. Alex vult admīrātiōnem movēre in puellīs, sed nōn potest quia dēbilis est.

Alex in īnsulā suā est. Alex laetus nōn est quia dēbilis est. dī immortālēs!

in podiō (*balcony*) puella Cecilia est. puella pulcherrima est. Alex Ceciliam videt. Alex putat Ceciliam esse pulcherrimam. Alex cōnsilium capit (*has a plan*). Alex vult esse fortis. Alex pondera (*weights*) magna habet. Alex pondera tollere vult.

Alex vult admīrātiōnem movēre in Ceciliā. Alex pondera tollere vult quia vult admīrātiōnem movēre in Ceciliā. Alex pondera magna habet, sed fortis nōn est. Alex est dēbilis. Alex pondera tollere nōn potest. dī immortālēs!



Alex putat sē pondera tollere posse, sed prīmum Alex bāsium (*kiss*) Ceciliae vult. Cecilia bāsium Alexī dat. Alex bāsium accipit. optimē!

est puer. Alex puer est. īnsulam habet in urbe, San Francisco. in īnsulā suā Alex est. est difficultās magna. Alex fortis nōn est. est dēbilis. vult esse fortis. laetus nōn est quia dēbilis est. Alex vult esse fortis.

in īnsulā suā in urbe, San Francisco Alex est. puer puellam videt. puella in podiō est. puella est Cecilia. Alex putat Ceciliam pulcherrimam esse. Alex Ceciliam videt, et dīcit hoc:

"bombax! puella pulcherrima est!"



Alex puellam pulcherrimam videt, et admīratiōnem in Ceciliā movēre vult. pondera habet. pondera magna habet. pondera magna tollere vult. pondera magna tollere vult quia admīratiōnem in puellā movēre vult. pondera magna videt, sed est difficultās. Alex pondera magna tollere conātur, sed nōn potest. conātur, sed fortis nōn est. dēbilis est. dī immortālēs!

Alex putat sē pondera tollere posse, sed prīmum Alex bāsium Ceciliae vult. Cecilia bāsium Alexī dat. Alex bāsium accipit. optimē! Alex pondera magna tollere conātur. iam, pondera magna tollere potest! iam, Alex fortis est!

sed...

est difficultās. Cecilia vidēre nōn potest! Alex pondera magna tollere conātur, sed iam nōn potest. dī immortālēs! Alex cadit. pondera magna cadunt. iam, Alex in valētūdināriō (*hospital*) est. laetus nōn est. dī immortālēs!



Short answer questions

Cecilia

1. Ubi Alex habitat?
2. Cūr Alex vult esse fortis?
3. Quāle cōnsilium capit Alex?
4. movetne Alex admīrātiōnem in puellā,
quae in podiō est?
5. Cūr Alex in valētūdināriō est?



Who would say...?

Write down which character(s) would say each sentence.

1. puer sum, sed fortis nōn sum.

2. volō esse fortis.

3. estne puer fortis in īnsulā?

4. pondera magna habeō.

5. bāsium volō.

erat puer, nōmine Alex. domī habitābat cum parentibus in Iowa. nihil agēbat—piger (*lazy*) puer erat. tantum dormiēbat et tēlevisiōnem spectābat. laetus nōn erat.

Alex volēbat captus esse amōre. Alex consilium cēpit. quōdam diē (*one day*), Alex ad urbem magnam īre constituit. amīcam in urbe magnā quaerēbit.

ad urbem, San Fransisco, īvit. in urbe, San Fransisco, īnsulam condūxit (*rented*). in īnsulam intrāvit, sed Alex cecidit. miser Alex!

Alex admīratiōnem movēre in puellīs volēbat, sed dēbilis erat. consilium cēpit. corpus suum exercere constituit. Alex, autem, fessus erat. statim dormīvit. corpus suum nōn exercēbat. in pavīmentō dormiēbat. brevī tempore, surrexit. ad fenestram īvit, et in sellā cōnsēdit.

Alex in īnsulā suā sedēbat. subitō, per fenestram vīdit eam—Ceciliam vīdit. Alex putāvit Ceciliā pulcherrimam esse. Alex stupefactus fuit!

iam, Alex voluit admīratiōnem movēre in Ceciliā. consilium cēpit. fortis esse voluit. ergō, pondera magna tollere conātus est.



Alex pondera magna sustulit, et prope fenestram ea posuit. Ceciliā iterum vīdit, et pondera magna tollere conātus est. Alex pondera tollere conātus est, sed nōn potuit. dēbilis erat, et pondera magna erant. ergō, pondera tollere nōn potuit.

subitō, Alex somniāvit. in somnō, imāginatiōnēs erant:

Cecilia bāsium eī dedit. Alex captus amōre fuit. bāsiō acceptō, Alex fortis factus est. mīrābile! Alex pondera sustulit! pondera tollens, Alex laetus fuit!

Alex podium iterum vīdit quia Ceciliā eum vidēre. subitō, Alex intellexit Ceciliā vidēre nōn posse! Cecilia caeca (*blind*) erat.

Alex pondera magna tollere conātus est, sed nōn potuit. pondera magna cecidērunt. miser Alex quoque cecidit. tunc, in valētūdināriō erat. dī immortālēs!

Before, During, and After

Cecilia

Look at the screen shots in each section and write an "A" if the action in the sentence happened *ANTE* (before) the photo or write "P" if the sentence represents what happened *POST* (after) or "D" if it is happening *DUM* (during) the photo.



- _____ Alex surrexit.
_____ pondera magna cecidērunt.
_____ Alex cecidit.
_____ Alex pondera tollere volēbat.
_____ Alex dormiēbat.

- _____ quōdam diē, ad cubiculum īvit.
_____ in cubiculō dormiēbat.
_____ puella in podiō erat.
_____ ad valētūdinārium īvit.
_____ pondera tollere constituit.



- _____ Alex putāvit puellam pulcherrimam esse.
_____ Alex pondera tollit.
_____ puella in domum intrāvit.
_____ puella ad podium īvit.
_____ pondera magna cecidērunt.

erat puer, quī Alex vocātus est. domī habitābat cum parentibus in Iowa. parentēs vītam Alexis nōn probābant. pigerrimus puer Alex erat. parentēs volēbant Alexem domum relinquere. parentēs volēbant Alexem ēvictum esse. parentēs volēbant Alexem fortissimum esse sīcut puerī alīi erant.

quōdam diē, māter Alexis ad eum īvit et dīcit hoc:

"Alex, volō tē domō discēdere. volō tē ad urbem, San Fransisco, īre. volō tē amīcam habēre. volō tē fortissimum esse sīcut puerī alīi sunt."

Alex vocābula mātris in animō suō volvit. rēs grāvissima erat.

ad latrīnam īvit, et in speculō sē vīdit. vīdit sē dēbilem esse. statim, fortis fierī constituit. aliquid agendum fuit. ad urbem magnam īre, et īsulam condūcere constituit. corpus exercere constituit, ponderīs sublātīs, et amīcam quaerere.

Alex domō in Iowa discessit, et aeroplāne ad urbem, San Fransisco, īvit. in urbe, prope forum, īsulam optimam ad condūcendam, quae haud magnum pretium constet, Alex invēnit. tantum constetit mīlle quādrāgintēsimū (MCCC) per mēnsem. īsula nova, et vīta nova Alexī placēbant.

Alex in īsulam suam intrāvit, sed cum prīmū iānuam aperuit, Alex cecidit! mīrābile, Alex salvus erat. corpus intactum erat. statim, consilium suum incēpit. Alex admīrātiōnem movēre in puellīs volēbat, sed scīvit sē dēbilem esse. corpus exercere incipiēbat, sed miser Alex tam dēbilis erat ut multum agere nōn posset. fessus factus est, et plūs exercere nōn voluit. Alex statim in pavīmentō dormiēbat. brevī tempore, lentissimē surrexit. ad fenestram, quam prope sellam erat, īvit.



Alex cōnsēdit in sellā ante fenestram. per fenestram vidēbat. subitō, eam vīdit. Ceciliā vīdit. Cecilia puella pulcherrima erat. numquam Alex vidēbat puellam tam pulcherrimam. statim, Alex captus est amōre.

Alex aliquid agere voluit ut Cecilia eum spectāret. putāvit sē pondera magna tollere posse. putāvit hoc Ceciliae placitūrum esse. putāvit hoc admīrātiōnem mōtūrum esse in Ceciliā.

Alex pondera magna in īsulā suā quaerēbat. pondera maxima invēnit, sed tam dēbilis fuit ut pondera tollere nōn posset. cum pondera tollere nōn potuerit, ea ad fenestram volvit ut Cecila eum vidēret.

pondera maxima tollere conātus est, sed miser puer agere hoc nōn potuit. iterum iterumque conātus est, sed iam nōn potuit.

subitō, Alex somniāvit. in somnō, imāginatiōnēs erant:

Cecilia bāsium eī dedit. bāsiō acceptō, Alex fortis tam factus est ut pondera maxima tollere posset! mīrābile! in somnō, Alex pondera maxima sustilit super caput! glōriōsus fuit Alex propter virtum fortidūdinemque suam. podium vīdit ut Ceciliam vidēret, sed ea eum nōn spectābat.



Cecilia oculāria obscurā sumpsit, et gessit. oculāria obscurā gessit quia Cecilia caeca erat! Cecilia ā podiō discessit baculō albō.

cum Alex hoc intellexit, pondera maxima dē manibus excidit. pondera cecidērunt. Alex quoque cecidit. Alex tunc nōn salvus fuit. multum tempus in valētūdināriō Alex manēbat.

Short answer questions

Cecilia

1. Ubi Alex habitābat?
2. Cūr parentēs vītam Alexis nōn probābant?
3. Cūr Alex ad urbem īre constituit?
4. Quam Alex per fenestram vīdit?
5. Quid erat consilium Alexis. Quid agere volēbat ut puella eum spectāret?
6. Quae difficultās erat in īnsulā novā Alexis?
7. Quae imāginatiōnēs erant in somnō Alexis?
8. Quōmodō Alex pondera maxima tollere potuit?

Fābula Alternāta (251 vocābula)

Cecilia

est puer, cui nōmen est Alex. domī cum parentibus habitat. piger est, sed nōn pigerrimus. nihil agit. annōs duodētrīgintā (XXVIII) nātus est, sed nihil agere vult. in cubiculō suō vult ōtium agere (*to hang out*). semper dormit. interdum (*sometimes*), Monopoly cum amīcīs lūdit.

Alex corpus suum nōn exercet. nōn currit. pondera nōn tollit. nec tenisiā (*tennis*) nec canistripliā (*basketball*) lūdit. interdum, Alex ad bibliothēcam it, et librum sūmit. Alex, autem, librum legit, et deinde dormit, aut Monopoly lūdit.

parentēs vītam Alexis nōn probant. parentēs putant Alexem pigrum esse. putant Alexem domum relinquere dēbēre, et corpus exercere dēbēre. putant Alexem labōrāre dēbēre. putant Alexem amīcam habēre dēbēre.

quōdam diē, māter in cubiculum Alexis it. māter videt Alexem dormīre. sānē (*clearly*), mātrī hoc nōn placet. māter Alexō dīcit hoc:

“Alex, surge! dēbēs aliquid agere. dēbēs labōrāre. dēbēs corpus exercere. dēbēs īnsulam condūcere.”

Alex mātrem audit, sed eam nōn animadvertis (*pays attention to*). Alex dormit in cubiculō suō, et deinde Monopoly cum amīcīs suīs lūdit.

quōdam diē, pater in cubiculum Alexis it. pater videt Alexem dormīre. pater laetus nōn est. Alexō dīcit hoc:

“Alex, crās (*tomorrow*), īnsulam quaerēmus in urbe San Fransisco. dābō tibi pecūniā ad īnsulam condūcendā, sed tantum prō mēnse prīmō. posteā (*afterwards*), dēbēs habēre pecūniā prō annō tōtō. habitāre in domō nostrō nōn potes. vīsitāre potes, sed habitāre hīc in domō nostrō nōn potes. necesse est tibi labōrāre ad īnsulam condūcendā. sī nōn potes, necesse est tibi in viā habitāre!”

pater et Alex ad urbem, San Fransisco, eunt. īnsulam invēniunt. īnsula optima est. quam prīmum Alex in īnsulam it, Ceciliā videt.



Number the sentences 1-5 in the order in which they occur in the additional version.

- _____ 1. Alex Ceciliā videt in podiō.
- _____ 2. Alex mātrem audit, sed eam nōn animadvertis.
- _____ 3. quōdam diē, māter in cubiculum Alexis it.
- _____ 4. pater et Alex īnsulam invēniunt.
- _____ 5. Alex librum legit.